

# EPILOGVS.

**H**

Æc sunt (Lector amice) quibus ex Ampliss. Magistrat. iussu, in conciuim nostrorum gratiam, ad Pharmacopæorum maiorem eruditionem, Pharmaciam nostram pro prima impressione instruximus, & quidem æconomicè, non parcius, ne inopia dimittat egenum, non largius ne Lectorem nauseet superfluum: à modo, & temperamento (à quibus & Medicina suum nomen desumit) etiam laudari optauimus hoc opus nostrum, non paucæ continens si innueniantur sufficere, nec multa quoque si considerentur omisæ. Nempe in illum mediocritatis scopum collimauimus, qui &què ab arrogancia, ac paruanimitate distans, nec inuidiam nobis, neque etiam contemptum pareret. Vulgaria, & præter illa habet, imo supra utrumque, quædam siltæ, ne audi conquerantur, non omnia omnino, ne satientur curiosi. Vos Pharmaceutices Artis amatores, qualia sint, aequo animo suscipite, nec oculo, hos labores, quamvis aliorum, nævo passionis infecto despicite; sed ex D. Cypriani monito Quæ à fratribus, & Collegiis vtiliter, ac salubriter suggeruntur, si sint vera ac legitima, vestra potius dicatis: vel si quædam inueniatis insipida, ne quidem lautissimorum Cocorum embammata cunctorum palato arrident, Pharmacopæorum condimenta quomodo omnium ora approbabunt? sin minus reele-

Isidor.  
Ethy. 4.

Epist.  
71.

quædam

## EPILOGVS.

quædam preparata, quod humanum est, falli, à nobis non  
putamus alienum, adeoque si non ex ody stimulo, sed cha-  
ritatis zelo contingat, Nos ipsoſ cum Cicerone, redargui, 2. Tuſ-  
refellique patiemur: quod iij ferunt iniquo animo, qui cer-  
tis quibusdam, destinatisque ſententijs quaſi addicti, & con-  
ſecrati ſunt, eaque neceſſitate conſtricti, ut etiam quæ pro-  
bare non ſoleant, conſtantiae ſuæ cauſā, cogantur defendere:  
nos qui ſequimur probabilia, neque ultra id quod veriſimile  
occurrit, progredi poſſumus, & refellere ſine pertinacia, &  
refelli ſine iracundia parati ſumus.



N n 2 IN-